Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



brarum. Comprehendentes autem eum: du-
xerunt ad domum principis sacerdotũ. Petr⁹
autem sequebatur alonge. Accenso autem
ignu in medio atrio: et circumsedentibus illis.
erat autem petrus in medio eorũ. Quem cũ
uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen et
eum fixisset intuita: dixit. Et hic cum illo erat.
At ille negauit eũ dicẽs. Mulier non nouj illũ.
Et post pusillum alius uidens eum dixit. Et
tu de illis es. Petrus uero ait. O homo non
sum. Et inter uallo facto quasi hore vnius: ali-
quidam affirmabat dicens. Vere: et hic cũ illo
erat. Nam et galileus es. Et ait petrus. Homo
nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquẽ-
te: cantauit gallus. Et conuersus dominus: respe-
petrum. Et recordatus est petrus uerbi domi-
ni sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet
ter me negabis: et egressus foras fleuit amare.
Et uiri qui tenebant ihm illudebant ei cedentes.
Et uelauerunt eum et percutiebant faciem eius:
et interrogabant eum dicentes. Prophetiza: qs
est qui te percussit. Et alia multa blasphemãtes:
dicebant in eum. Et ut factus est dies: conuene-
runt seniores plebis et principes sacerdotum et
scribe: et duxerunt illum in concilium suum
dicentes. Si tu es xpis dic nobis. Et ait illis. Si